



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

39. An dispensatio inferioris in propriis legibus absque causa sit valida?
Idem dixendum est, quando Superior, vel æqualis Successor dispensat
absque causa in lege inferiioris, vel æquatis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

de verdad no la viese, toda via valdria la dispensacion, como feria en la ley de ayuno, como dice Azor. *Tes la razón; porque conviene assi al buen gouerno para quitar escrúpulos; y desta manera se cree que tienen los Prælados inferiores potestad para dispensar: porque como es cosa moral, no ha de consistir en indispensable; y es danda el subdijo se al de suetar al iuzio del superior, como queda dicho.*

RESOL. XXXVIII.

An quando inferior dispensat in lege Superioris, possit imponere aliquod onus ei cui dispensatur?

Et quid si Episcopus dispenset super aliqua irregularitate orta ex delicto?

Et an quando ipsemet legislator dispensat in lege sua, tunc, si dispensatio non est debita, sed gratia, possit imponere aliquod onus ei cui dispensat? Ex p. 8. tr. 1. Ref. 22.

§. 1. **N**egatiuam sententiam tenent Doctores, quos citat, & sequitur Castus Palau tom. 1. tract. 3. disp. 6. punct. 10. num. 4. vbi sic ait: Quod si dispensans inferior legislator sit, & in lege superioris tibi concedit dispensationem, probabilis existimo non posse sub onere aliquo, & pecuniaria multa illam concedere. Sic Sotus 4. dist. 28. quest. 1. art. 2. vers. 6. his. Ludouicus Lopez 2. part. instruct. de matrim. cap. 39. §. sed si quis. Thomas Sanchez lib. 3. de matr. disp. 10. num. 9. & lib. 8. disp. 14. a num. 2. Ioannes Sanchez in select. disp. 54. num. 40. Probatur, quia ad illud onus, & pecuniariam multam obligari non potest ex contractualiã redolere simoniam, si ob dispensationem tibi concessam in lege imponeretur obligatio pretio æstimabilis. Neque etiam ex lege præcedenti obligari potes, quia inferior non valet legem præexistentem ad aliam materiam extendere, neque de nouo legem, aut præceptum imponere. Vnde enim constat talis potestas.

2. Quod si dicatur a legislatore illam habere, eo quod debet præsumi legislatorem concedere potestatem dispensandi in lege, proxi melius ipsi videbitur, absolute, vel miscendo computationem. Negamus id posse præsumi, aliã præsumi potest datam esse potestatem inferiori commutandi superioris legem, in aliquod opus piũ, quoties viderit subdito conuenientius esse. Quocirca inferiori Prælato solum committitur potestas relaxandi legem causa iusta intercedente: at subrogandi loco illius aliam, nullo modo. Ita Palau; cui adde Sancium in selectis, disputat. 54. num. 40. Fillucium tom. 2. tract. 10. part. 1. capite 5. numer. 21. & alios penes ipsos quibus ego libenter adharco.

3. Nota tamen affirmatiuam sententiam docere Syluestrum, Amillam, Tabienam, Angelum, & alios Doctores, quos adducit Merolla tom. 2. disput. 4. cap. 6. dub. 12. num. 216. sed ipse merito ibi negatiuam sententiam docet. Nec obstat dicere, quod ex nostra sententia sequeretur, omnes Prælatos, seu iudices Ecclesiasticos esse damnandos, qui dispensantes in aliqua lege Pontificis in casu eis permisso, imponunt aliquam multam pecuniariam per modum cuiusdam consummationis. Respondeo, esse non damnandos; tum quia inantuntur sententiæ probabilis grauissimorum Doctorum, dicentium, id esse licitum. Et ad rationes pro nostra sententia adductas, possit responderi, id posse prædictos Prælatos ex tacita commissione Pontificis. Nam eo ipso, quod Episcopis, tanquam ordinatis ea potestas conceditur, censetur etiam concessum, vt vel integrè dispensent, vel aliqua commutatione admitta.

4. Limitatur nostra sententia, nisi Episcopus dispensaret in aliqua irregularitate orta ex delicto: tunc enim posset imponere aliquod onus ei cum quo dispensat, non per viam commutationis partialis, sed in penam delicti. Quando verò ipsemet legislator dispensat in lege sua: tunc si dispensatio non est debita, sed gratia, poterit imponere aliquod onus ei cum quo dispensat, vt colligitur ex cap. licite de ser. Quia, cum non teneatur legem relaxare, poterit illius obligationem in alia materia subrogare. Secus verò si dispensatio est debita, onus imponi non potest, Ita Ioannes Sanchez disputat. 54. select. numer. 40. & alij, sed vt dixi, negatiuam sententiam sequor.

RESOL. XXXIX.

An dispensatio inferioris in propriis legibus absque causa sit valida?

Idem dicendum est, quando Superior, vel equalis Successor dispensat absque causa in lege inferioris, vel equalis prædecessoris: Et quid si Episcopus in Synodo Diocesana, vel Archiepiscopi in Synodo provinciali dispensant sine causa?

Et quid de Legato Apostolico, qui plenam habet à Pontifice potestatem, an prout eius dispensatio sine causa etiam data sit valida? Et additur Episcopum regulariter loquendo non posse dispensare sine causa in sua lege, quando illa transisset in contractum. Ex parte octaua, tractatu tertio, Resol. 26.

§. 1. **Q**uoad primum respondeo: validam esse illam dispensationem, quia militat eadem ratio, quæ in Pontifice respectu suarum legum, tunc enim non dispensat in voluntate aliena, sed in propria, à qua sola vim habent leges illæ. Et hanc sententiam sustinent Panormitanus in cap. at si clerici, §. de adulteris, num. 10. de iudic. & ibi Decian. in noua edit. num. 98. Felinus num. 6. Alexander de Neuo num. 16. Angelus verb. Beneficium, num. 22. Syluester verb. Dispensatio, quest. 13. num. 19. Nauarr. in summa cap. 25. n. 74. & cap. fin. n. 4. de simon. Azorius l. 5. institui. moral. cap. 15. quest. 3. Salas de legibus, disput. 20. sect. 4. num. 47. & alij quos refert, & sequitur Sanchez lib. 8. de Matrimon. disputat. 17. num. 27. qui bene addit num. 28. cum Nauarro in summa, prælat. 9. num. 15. & Suarez tom. 4. in 3. part. disput. 56. sect. 2. num. 11. idem dicendum esse, quando superior, vel equalis successor dispensat absque causa in lege inferioris, vel equalis prædecessoris. Quia in voluntate superioris est quando eminenter inferioris voluntas, & successor equalis reputabatur quasi eadem persona, ratione eiusdem officij.

2. Et idem, præter Doctores citatos hanc sententiam tenet cum aliqua limitatione etiam Granadus in tract. 3. part. 2. disputat. 17. sect. 3. num. 27. vbi sic ait. Inferur validam esse dispensationem, quam sine causa exhibet Prælati superioris legi inferioris, quando simpliciter, & absolute est inferior? vt sunt Episcopi comparatione Summi Pontificis, & Synodus comparatione Episcopi; habet enim cuiusmodi Prælati plenam authoritatem erga subditos sui inferioris. Secus verò dicendum est de Archiepiscopo respectu legum Episcopi suffraganei, quia non est absolute superior, sed solum in quibusdam casibus, Similiter nullus Episcopus dispensare potest valide sine causa in legibus Concilij Provincialis: hoc enim constat ex multis Episcopis, quorum authoritas maior, & suo modo superior est auctoritate superiorum

Sup. hoc in fra in tr. 4. Ref. 7.

Sup. hoc in fra in Ref. 41. recurre in principio

Sup. hoc in fra in Ref. 41. recurre in principio

golorum. Addit autem Sanchez num. 29. Episcopum regulariter loquendo, non posse sine causa dispensari in sua lege, quando illa transtulit in contractum, ita ut dispensatio cederet in damnum alicuius tertij, qui us acquisiisset ad aliquid, medio tali contractu, v. g. inquit, si fuerit statutum vt omnes ad vrbem confluentes gauderent aliquo priuilegio, non posset reuocare respectu eorum, qui iam venerant ad vrbem.

3. Sed hic notandum est, quod ab hac communi doctrina aliqui excipiunt Legatum Apostolorum, qui plenam habet a Pontifice potestatem, ac pr oinde ipsius dispensatio etiam sine causa data valida erit, non minus, quam si data esset ab ipso pontifice. Sed merito exceptionem hanc reicit Sanchez lib. 8. de Marrion. disputat. 17. num. 4. eo quod nunquam prelatum Pontifex plenitudinem suae potestatis alteri concedere in destructionem aliorum, nisi id in ipsa concessione explicet, vt si aperte dicat validam fore ipsius dispensationem etiam absque causa concedatur: vel illum constituat purum executorem suae dispensationis quam dari iubeat ab inferiori absque ulla caute cognitione.

4. Sed quero hic obiter, an dispensatio Episcopi, aut Archiepiscopi in constitutionibus Synodi Diocelanae, facta absque causa, valida sit. Et respondeo affirmatiue, quia solus Episcopus habet iurisdictionem, ac suffragium decium in Synodo Diocelana, ceteri assident illi, vt consilium praebent, vt constat ex ipomet tenore Synodi, in qua solus Episcopus decernit, & subscribit, nulla assessorum mentione facta. Et ita docet Suarez de legibus, lib. 6. c. 1 §. m. 8. Salas disp. 20. sess. 4. num. 33. Azorius tom. 2. lib. 5. cap. 2 §. quasi. 3. Hinc inferitur contra Medinam in part. 2. quae §. 96. artic. 5. dub. 2. conclus. 1. Episcopum non teneri legibus Synodi Diocelanae, quo ad vim coactionis, sed tantum, quo ad directiuam, sicut diximus, legillatorem suis legibus adstringi. Ratio est, quia eae leges a solo Episcopo vim obligandi habent, ac in illis dispensat. Et etiam inferitur, posse Episcopum solū sine consensu Capituli, dispensare in legibus Synodi Diocelanae; non solum ea ratione, quia sic habet consuetudo, sed etiam de rigore iuris. Probat, quia nullo iure ostendi potest habere in hoc actu Episcopum dependentiam a Capitulo. Ita gl'ia in cap. cum ex ea, de elect. in verb. 6. Episcopi.

5. Quero etiam secundo, an dispensatio Archiepiscopi in legibus Synodi Prouincialis, absque legitima causa, valida sit. Respondeo negatiue cum Doctoribus supra citatis. Probat; quia Archiepiscopus est inferior Synodo Prouinciali, leges eas ferente, vt bene inquit Nauar. lib. 1. consil. in priori edit. tit. de offic. Ordin. consil. 7. & in posteriori, tit. de maior. & obed. consil. 6. ergo non valet dispensatio Archiepiscopi, facta absque legitima causa in illius legibus, quia inferior non potest in lege superioris dispensare absque causa, vt probauimus. Antecedens probatur; quia ab inferiori ad superiorem, vt tradunt gloss. fin. cap. a collatione, de appell. in 6. non datur consequentia.

6. Et ideo omnia supradicta confirmat Villalobos in summa tom. 1. tract. 2. diffi. 41. num. 5. vbi sic ait. Quando dispensa el Papa en su propria ley, aunque sea su causa, es valida la dispensacion. Esta conclusion es muy comun: tienen la Innocencio, Syluestro, Soto, Covarruuias, Cordana, y los modernos. El fundamentos, porque aquella ley era propria, y pende de su voluntad, la qual puede mudar.

7. Lo mismo se ha de dezir por la misma razon del Obispo, y de qualquiera Prelado que dispensa en su propria ley. Y lo mismo del que succede en el oficio del Obispo, o Prelado, que puede dispensar en la ley de su antecesor, que se reputa como vna misma persona con Tom. 111.

el. como dizen Nauarro, Suarez: segun si la tal ley estuuiesse confirmada por el Papa: que entonces se opoñe a ella por ley del mismo Papa. como dizen Angelo y Syluestro.

8. Lo mismo se ha de dezir del superior respecto de las leyes del inferior; y lo mismo del Obispo; o Arzobispo respecto de las leyes de su Synodo: porque ellas no tienen fuerza sin su autoridad: como dize Sanchez, despues de otros. Y lo mismo viene a ser por la misma razon, del Prouincial respecto de las constituciones de su Capitulo, y del Generali, respecto del Capitulo General.

9. Mas no es lo mismo del Arzobispo, respecto de las constituciones del Synodo Prouincial: porque aqui no es superior a toda la Congregacion: sino inferior: y assi se oye como el Dean respecto de su Cabildo: como dize Nauarro, por lo qual ne podra dispensar validamente sin causa: como dize Sanchez, despues de otros muchos, probandolo latamente. Ita ille; cui adde Castum Palaum tom. 1. tract. 3. disputat. 6. punct. 4. numer. 3. & seq.

RESOL. XL.

An Episcopus possit dispensare in suis Constitutionibus a Papa confirmatis? Ex p. 8. tr. 3. Resol. 73.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Sanchez lib. 8. disputat. 17. num. 10. sed non caret difficultate: nam aliqui Doctores asserunt, Episcopum posse dispensare in lege Papae pertinente ad solam illam Diocelam. Ergo a fortiori in lege propria confirmata per Papam, cum ad solam illam Diocelam pertinet. Sed non est admittenda haec ratio; & illam opinionem non approbat Azorius tomo primo libro quinto capite decimoquinto vbi sic ait. Sciendum est esse aliquas causas, in quibus ob consuetudinem moribus vrbentium receptam possunt Episcopi in iure communi Canonico indulgentiae beneficio vti, & aliquos ipsius legibus soluere. Primo, ratione consuetudinis legitimo tempore praescriptae. Secundo, ratione grauis, & magnae necessitatis, vel vtilitatis subito contingens, ita vt facile & commodè non pateat ad Principem aditus; item ratione alicuius necessitatis crebro accidentis. Tertio ratione leuitatis, & paruitatis materiae: esset enim difficile in minimis Principem adire, & consulere. Quarto ratione frequentiae; vt si crebro casus certus accideret. Haec Syluester, Soto, & Caietanus locis supra citatis; imò Soto, & Caietanus alium quartum casum excipiunt, quando lex superioris quidem est, sed pertinet ad proprium bonum ciuitatis, vel comunitatis: vt si lege regia statuatur, ne frumentum, vel vinum in oppidum aliunde adueharur, poterit, qui oppido praest, relaxare. Sed certe hoc ideo est, quoniam lata lex videtur solum in bonum proprium, non commune: videlicet, vt vendi, & imponendi possunt proprii priuatorum ciuium fructus ex bonis collecti, & percepti. Ita Azorius. Ex quibus, doctrina Sanchez negatiua circa praesentem quaestionem admittenda videtur.

2. At vt verum fatear, mihi placet, quo ad praesentem difficultatem, opinio Salas de legibus, disputat. 20. sect. 3. numero 29. putat enim videndum posse, quomodo sint confirmatae per Papam; si enim Papa solum eas confirmat declarando, esse laudabiles, & debere obseruari a subditis non facit eas proptias, nec tribuit eis nouam vim, sed declarat, quam habebant: ideo Episcopus potest non solum in eis dispensare; sed eas abrogare, ac si non essent per Pontificem confirmatae: si vero velit eis robur addere, & illas facere proptias, non poterit Episcopus eas abrogare; poterit tamen

late in Ref. seq. & in an. §. eius

Sup hoc ita Ref. praerog. §. Lomeff. mo se ha de delect. portis, currim in fine. & in Ref. seq. §. 1. ante medium, a ver. §. secundo, do, nisi.

FLANNA
omnia
no. liliiv v
EL III